

Signum domini Henrici quarti Romanorum
imperatoris illustris (M) simi.

Burcardus cancelarius vice Federici archi-
cancelarii recognovit. (Sign. spec.)

Data VIII kalendas Februarii, indictione VII, anno domi-
nice incarnationis mille CXIII, regnante Henrico quarto rege
Romanorum anno septimo, imperante III. Actum est Vormacie,
in Christo feliciter amen.

Aus dem liber feudorum AC (nach Copie von 1311) im bischöflichen
Archiv zu Treviso. 1) Cod. comercia. 2) Cod. Beremharrii. 3) Cod.
comisse. 4) Cod. ex. 5) Cod. conquisciaonis. 6) Cod. su.
7) Cod. et imperpetuum. 8) Cod. pilorium. 9) Cod. iminentis.
10) Cod. contingerit. 11) Cod. ipsos. 12) Cod. massarius libellarius.
— Nicht bei Stumpf, ungedruckt.

11.

**Friedrich I. bestätigt auf Beschluss des Hofgerichts in einer Process-
sache des Capitels zu Vicenza einen Rechtsspruch des Bischofs von Verden,
unter Cassirung eines dem entgegenstehenden Urtheils. 1173, Juli 25,
ohne Ort.**

F. Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus
Vicentinis fidelibus imperii gratiam suam et bonam voluntatem.
Controversiam, que est inter canonicos Vicentinos et Esewar-
dum et fratres eius, satius intelleximus, et ex iudicio curie
nostre sententiam quam protullit . . acetus¹⁾ in irritum revo-
camus. Quia igitur Verdensis²⁾ episcopus et vassalli super
eadem causa rationabilem dederunt sententiam, que etiam ali-
quando nostra auctoritate confirmata est, nos quoque iterum
eam confirmamus, mandantes et imperiali auctoritate preci-
pientes, ne quis eam corrumpat, nisi prius ad presentiam nostram
veniat, rationem inde redditurus.

Anno domini nostri Jesu Christi MCLXXIII, indictione VI,
die VII exeunte iulio.

Ego Vitalis, marchionis Her[manni]³⁾ notarius, talem, ut
supra legitur, epistolam sigillo domini F. Romanorum impera-
toris bullatam vidi et clausam, et egomet eam a iuncto, quo
clausa erat, aperui et apertam vidi et perlegi et quod in ipsa
continebatur nil addens vel diminuens quantum ad sensum et
significationem nisi forte litteram vel punctum sic exemplavi.
Actum est hoc in civitate Vincentia u. s. w.

Aus gleichzeitiger Notariatscopie im Archiv des Domcapitels zu Vicenza.

1) Der Anfang des Wortes ist unleserlich und das ac vor etus nicht
ganz sicher. 2) Cop. Verclensis. Gemeint ist wohl eher Hermann
von Verden, seit 1162 kaiserlicher Hofvicar, als Hugo von Verden, vgl.
Ficker, Forschungen z. it. Reichs- u. Rechtsgeschichte §§. 183. 185.
3) Hermann von Baden, Markgraf von Verona seit 1151. Die Beglaubig-
ung verdiente theilweise Mittheilung, weil sie einen der seltenen Belege
für die Thätigkeit von Notaren der Markgrafen von Verona giebt; vgl.
Ficker, Forschungen etc. §. 246 ff. — St. Nr. 4150, ungedruckt.